



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum  
Christianarum Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Cap. VII. De Theodosio pio Imperatore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

pius fuit ac religiosus, armis strenuus, velox corpore, ingenio bonus, & plus verecundus, quam Reipublicæ intererat. Vnde & ad curam, & administrationem rerum *Theodosium* accivit, virum utilem, & armis maturum, Orientis ei procuratione permiffa. Qui *Gratianus* postquam multa religiofe & fortiter gessit, & à *Maximo* Britannorum tyranno peremptus est, post se in occiduis partibus relinquit *Valentinianum*. Cujus interim mater *Iustina* persequitur Ecclesiam, comminans sacerdotibus exilia, nisi *Ariminensia* suscipiant decreta. Sed & *Ambrosium*, turrin adversus hæreticos validissimam, multa oppugnatione fatigat; quem & persuaso filio parat exilio condemnare, sed à populis, incredibiliter amantibus *Ambrosium*, impeditur. Qui *Ambrosius* adversus Reginam, non se manu defendat ac telis, sed jejuniis & obsecrationibus indefinenter insistit; donec, vindice Deo, tyranno *Maximo* perurgente, versa in fugam, cum filio exilium fortitur.

## C A P. VII.

*De Theodosio pio Imperatore.*

Interea *Theodosius* beneficiorum *Gratiāni* memor, ad vindictam ejus totis viribus Orientis insurgens, sanguinem justum ulciscitur, regnum recuperat, fidem Catholicam restituit, quam *Iustina* violaverat: &  
 O inde



inde ad Orientem regressus, sicut ab exordio regni, præcipitatis penitus idolis, pulsus hæreticis, congregatis Catholicis, in fide & religione & munificentia perseverat. Hic piam constituit legem, ut sententiæ principum super animadversione prolata in diem tricesimum ab exutoribus differrentur, quo locus misericordiæ, vel, si res tulisset, poenitiæ non periret.

## C A P. IIX.

*Hæresis Apollinaris. De Martino, Hieronymo & extinctione hæreticæ pravitatis.*

Sub eodem tempore apud *Laodicæam Apollinaris* Episcopus, vir sane in cæteris instructus, hæresim generat ex contentione, asserens *solum corpus, non etiam animam, à Domino in dispensatione susceptum, & pro supplemento illius rationabilis partis ipsum Dei verbum fuisse, prohibebat.* Hinc descendunt *Apollinaristæ* hæretici proprias habentes ecclesias & dogmata. Tunc Concilium *Romæ* congregatur à *Damaso, & Petro Alexandrino, & damnantur Apollinaristæ, data hac Decretali sententiâ; ut, si quis filium Dei humanitatis vel deitatis diceret minus aliquid habuisse, ab Ecclesia fieret alienus.* Sed & *Constantinopoli, sub trecentis quinquaginta Patribus Synodus celebratur, in qua omnes hæretici condemnantur.* Tunc *Martinus, Turonicorum Galliæ civitatis Episcopus, multis miraculorum signis effulget.* Tunc *Hieronymus* pres-